

celebrare, ac Neophytis Eucharistiam recipere, quoadusque Gens illa ita edocta fuerit, ut ritus Romanæ Ecclesiæ non abhorreat; Ex brevi Clementis X. 23 Decembris 1673. et aliis. Quamobrem non adeo facile dammandi erunt, si qui sint in Oriente Patriarchæ, vel alii, qui cooperto capite sacram Eucharistiam celebrent vel distribuunt. Nam in iis deesse potest irreverentia, cum sit res indifferens. Hinc Asseman. infert injuria a Josepho II, damnatos esse Patriarchas Nestorianorum, quod cooperto capite Eucharistiam, vel celebrent, vel recipiant, vel administrant. Nam scribit Balsamon lib. 7. *juris Orient. Alexandrinum Patriarcham rem divinam facere mitra caput obvolutum*, alios vero Orientales aperto capite. Et Monachi omnes S. Antonii Abbatis, sive Cophti, sive « Syri Maronitæ, cucullam monasticam in Liturgiæ celebratione, et in ipsa Eucharistia consecratione, vel perceptione retinent; » idque ex præscripto Sancti Pacomii Abbatis Regula 91. eamque regulam refert Cl. Asseman. diss. *de Syr. Nest.* pag. 306. part. 2. *Bibl. Orient.* Itaque, ubi viget usus celebrandi, ac recipiendi Eucharistiam detecto capite, ex Ecclesiæ præcepto sola Apostolica Sedes dispensare valet; ubi vero contraria vigeat ex majorum traditione consuetudo, nihil est, nisi ex Apostolicæ Sedis decreto, immutandum.

(29. Quarto. Thomas a Jesu lib. 7. *de Conversione omnium Gentium*, cap. 2, inter errores quorum Nestorianos accusat, hunc refert, « Clerici omnes apud Chaldeos, et etiam alii Laici, qui alios devotione excedunt, sacram Dominici Corporis Communionem in manibus propriis recipientes, sub utraque specie communicantur; cæteri vero Laici Corpus Domini Sanguine intinctum assumunt. » At in iis nil est, quod reprehendere possit: non morem sacram Eucharistiam recipiendi in manibus: nam consuetudo hæc in Ecclesia antiqua est, atque in aliis quoque Ecclesiis diu viguit. Dionysius Alexandrinus in *Epistola ad Xystum Papam* apud Eusebium lib. 7. *Hist. Eccl.* c. 9. ait: « Qui ad sacram mensam adstiterit, et manus ad suscipiendum sacrum cibum porrexerit. » Basil. in *Epist. Casariam Patriciam*: « In Ecclesia, inquit, Sacerdos particulam tradit, detinet autem eam cum omni libertate iis, qui suscipit, ac ita ori admovet manu propria: » Cyrillus *Catech.* 5. Damascenus l. 4. *de fide Orth.* cap. 14. aliique Græci Scriptores tradidere, communem fuisse Ecclesiæ morem tradendi Dominicum Corpus in communicantium manibus usque ad octavam sæculum, a quo tempore adhiberi cæpit cochlear, quo communicantibus vivificum alimentum elargiuntur. Apud Nestorianos vero antiquus viget usus porrigendi in manus Eucharistiam et Calicem ori admovendi: « Rarus vero, et a recentioribus quibusdam Presbyteris Missionariorum hortatu, usur-

(1) Circa Communionem sub utraque specie cavendum est, ne Orientales errent, aut credendo, sub una tantum specie integrum Christum non suscipi,

patus mos est, communionem Corporis in eos communicantium tradenti, » inquit, Asseman. l. cap. *Quamobrem injuria hac de causa damnatur.*

Ac multo minus damnari debent ob Communionem sub utraque specie, quæ Latine quoque Ecclesiæ per plura sæcula communis fuit, quæque in universo Oriente viget. Immo et iis, qui in Italia sunt, Græcis in illis locis, in quibus ejusmodi ritus introductus est, et ad præsentem usque diem servatur, ac viget, permittitur: « Ita tamen, ut sub altera tantum specie totum, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi firmiter credant, ac propterea, quod fructum attingit nulla gratia ad salutem necessaria eos fraudari, qui unam speciem solam accipiunt: ubi vero præfatus ritus consuetudine hæcenus receptus non est, Episcopis, quorum jurisdictioni Græci subjiciuntur, curæ sit, ne imposterum admittatur, » inquit Benedictus XIV. *Const. Etsi Pastoralis* (1).

(30. Quinto. Orientales etiam Pueris a rationis usum, immo statim post Baptisma distribuunt. Consuetudo hæc, ut supra notavi, viguit olim et in Latina Ecclesia, atque Apostolica Sedes in iisdem Orientalibus, iis exceptis, qui sub Latinis Episcopis degunt, permittit, ac tolerat. Cavendum vero quam maxime, ne in puerorum communiōne quidquam occurrat, quo Sacramento injuria fiat, eaque hæresis e nonnullorum Orientalium mentibus eliminanda est, qua credunt, sine Eucharistiæ susceptione baptizatos pueros æternam assequi non posse beatitudinem.

Hic ex Encyclica sæpe laudata, hæc addimus. Quibusdam Ecclesiæ sæculis usus obtinuit, ut post Baptismum illico pueris Sacramentum Eucharistiæ administraretur, non quod id necessarium crederetur, sed ex mero ritu, ac vigente consuetudine, ut ex Tridentino Concilio eruitur sess. 11, c. 4, et magis etiam comprobatur ex eo, quod damnatum Armenorum errorem a Benedicto XII, etiam Rainaldus recenseat, quo putabant ad æternam puerorum salutem, et Baptismi iis collati validitatem, post Confirmationis Sacramentum, Eucharistiam etiam iisdem esse administrandam. In Occidentali Ecclesia a quadragesimo, et amplius abhinc annis hæc consuetudo cessavit. Apud Orientales vero Melchitas, Syros, Armenos, et Cophtos viget adhuc: atque etiam apud Græcos hæc disciplina servatur, inquit Arcudius lib. *de Sac. Euchar.*, c. 11, sed aliqui ex ipsis paulatim eam deseruerunt, propter incommoda, quæ in præbenda pueris post Baptismum Eucharistia sequebantur. In Synodo etiam habita in Monte Libano 18 Septembr. an. 1596. Patriarcha Maronitarum Sergio, Can. 7, decretum fuit, ut caverent deinceps Sacerdotes universi, « ne quemquam ante rationis usum ad Communionem Eucharisticam admitterent. » Idemque statuere PP. Concilii Zamosciæ an. 1720, § 3,

aut tenendo, divinum adesse præceptum de communicando sub utraque specie.

de Eucharistia, et Concilii Maronitarum in Monte Libano celebrati an. 1736. Quod etiam inculcat Italo Græcis Constitut. *Etsi Pastoralis*, etc.

De Communionem quoque sub utraque specie, nonnulla habet, quæ eruditionis causa addimus. In Collegio Græcorum Romæ a Gregorio XIII erecto, in quo Græcus ritus servatur juxta Collegii Constitutiones ab Urbano VIII confirmatas, Alumni debent quintadecima quaque die, nec non festis diebus solemnibus, et singulis Adventus, et Quadragesimæ Dominicis, Latinum ritum servare. In festis vero solemnioribus, videlicet Paschatis, Pentecostes, et Nativitatis Domini, jubentur Eucharistiam Græco ritu suscipere, hoc est in firmamento, Sanguine intincto, ad quam rem perficiendam Sacerdos utitur parvo cochleari, quod infert in os suscipientis Eucharistiam, qui ritus servatur etiam cum Græcis reliquis, qui prædictis diebus ad solemne Missæ Sacrificium conveniunt, aut qui aliis per annum diebus, in Ecclesia Græci Collegii sibi Eucharistiam ritu græco administrari deposcunt. Italo vero Græcis in sæpe citata *Const. Etsi Pastoralis*, solum in illis locis Communionem sub utraque specie permittitur, in quibus ritus adhuc viget, in reliquis vero prohibetur.

EUNUCHUS, EUNUCHI

An liceat sine necessitate in evirationem suam consentire; et num sacerdos vel diaconus qui illam in se commiserit possit munus suum in missa exercere; alia remissive.

Nemo abscissionem potest in se permittere, nisi de consilio Medici ad servandam vitam; et quamquam Theologi quidam admittant, ut possit quis in evirationem suam consentire ad vocis suavitatem servandam, ut dulcius in Ecclesia canat, atque inde victum sibi honestum procurare possit; adhuc tamen Theologorum id negantium opinio communius obtinuit. Disputant vero Canonistæ, num ex 4. cap. *Significavit* sub. tit. *de*

EVICTIO.

SUMMARJUM.

1. Evictio quid sit. — 2. Statim ac Emptori lis movetur ad rem evincendam, tenetur venditor emptorem defendere, et litem in se assumere. — 3. Nisi tamen sciat rem esse alienam, quia tunc absque lite illam Domino, pretium autem et interesse emptori restituere debet. — 4. Venditor bonæ fidei non tenetur defendere emptorem, et litem in se assumere, nisi prius eum laudaverit emptor. — 5. Denuntiare venditori litem esse motam, idem est in Jure, ac laudare Auctorem. — 6. Tunc iste fit talis denuntiatio, quando emptor venditorem expresse requirit, ut veniat, rem suam defendat, et motæ liti assistat. — 7. Venditor etsi in contractu specialiter non promiserit Evictionem, tenetur ad ipsam, postquam res vendita fuerit evicta. — 8. Venditor tenetur re evicta restituere Emptori totum pretium, si tota res fuerit evicta, et partem solum, si pars tantum evicta sit. — 9. Immo venditor, re evicta, non solum pretium, sed tenetur Emptori restituere, et præstare totum id, quod ipsius emptoris interest, rem non esse evictam. — 10. Nomine illius, quod interest, venit lucrum

Gregorius XIII Maronitarum Patriarchæ rescripsit: « Laici a Communionem sub utraque specie pedetentim arcendi sunt, totus enim Christus sub una specie continetur, et in usu calicis magnum est periculum effusionis, » ut refert Thom. a Jesu *de Conv. omn. gen.*, pag. 486. Hinc in Libanen. Concilio an. 1736, par. 2. n. 21, hujusmodi consilio inherentes decrevere: « Ne Laico, vel Clerico in minoribus Ordinibus constituto Communionem sub utraque specie tradatur, sed sub una tantum, panis nimirum. At Diaconis, ut Hostiam Sanguine intinctam a Sacerdotibus, in solemnem præsertim Missam accipere possint, et valeant, permiserunt, modo absit cochlearis usus, quem omnino abrogandum statuerunt. »

(31. Sexto. Cum in Tridentina Synodo sess. 12, c. 8, statutum sit, « ut Laici a Sacerdotibus Communionem accipiant, Sacerdotes autem celebrantes seipsos communicent, » id servari debet in utraque Ecclesia, ubi hæc consuetudo jam vigeat; sicuti vero antiquo more a Diaconis, jubente Episcopo, vel Presbytero, aut Eucharistia, aut Calix fidelibus tribui soleat, ut ab Orientalibus nonnullis fieri solere fertur, ii dammandi non sunt, cum hæc consuetudo ab antiquis Patribus trahat originem.

Corpor. vitiatas, Sacerdos, qui id in se commiserit, possit munus Diaconi, aut Subdiaconi in Missa exercere? certum est ex vi ejusd. c. Sacerdotem illum posse benedicere, Sacramenta Baptismi, Pœnitentiæ, Extremæ Unctionis administrare de licentia Episcopi: constat tamen Eunuchum hujusmodi incurere notam irregularitatis, nec Episcopo inesse facultatem, ut det licentiam se evirandi; Bened. XIV, *de Syn. Diœc.*, lib. 11, c. 7, § 4 et 5, nov. edit.

Alia de Eunuchis, vid. verb. *Impedimenta Matrimonii*, art. 2, num. 38, 39, et verb. *Patria Potestas* num. 26.

cessans, et damnum emergens. — 11. Ad hoc ut venditor actione evictionis teneatur, et pretium, et interesse restituere, requiritur quod emptor prius eum laudaverit. — 12. Item requiritur, quod sententia contra emptorem jam sit lata, et executioni mandata. — 13. Venditor bonæ fidei pluribus in casibus non tenetur emptori de evictione. Primo non tenetur, quando non fuit laudatus ab emptore. — 14. Non tamen prærequiritur hæc denuntiatio, quando evidens, et manifestum est rem non fuisse venditoris, sed auctoris. — 15. Nec etiam prærequiritur denuntiatio, quando emptor est minor. — 16. Neque etiam prærequiritur, quando emptrix est Ecclesia. — 17. Secundo venditor bonæ fidei non tenetur de evictione, quando res evicta est culpa judicis, sententia per injuriam lata. — 18. Tertio non tenetur, quando emptor contumaciter abfuit tempore sententiæ promulgatæ. — 19. Quarto non tenetur, quando emptor præscribere rem potuit, et culpa sua, vel negligentia non præscripsit. — 20. Quinto non tenetur, quando ipso absente emptor non appellavit a sententia. — 21. Sexto non tenetur, quando emptor litem motam definiri permisit per Judicem arbitrum, ad quem

causae cognitio non spectabat. — 22. Septimo non tenetur, quando emptor sua culpa amisit rei possessionem, unde ex reo factus auctor cecidit in causa proprietatis. — 23. Octavo non tenetur, quando emptor tempore emptionis sciebat rem esse alienam, nisi adhuc expresse conventum fuerit, quod venditor de evictione teneatur. — 24. Nono non tenetur, quando expressum fuit in contractu, ut de evictione non teneatur, tunc autem licet ad interesse, et damna non teneatur; tenetur tamen, re evicta, reddere pre-

1. Evictio est rei propriae, quam alius justo titulo acquisitam habet, apud Judicem recuperatio. Est in re communis. Ex quo enim non semel contingat, quod etiam res alienae v. g. furto ablatae, vel ad alium justo titulo pertinentes, ipso vero Domino inscio, et invito vendantur, permutentur vel alio modo alienentur; hinc Jura ad hujusmodi malitias hominum obviandum, et sic injuste damnificatis succurrendum, statuerunt, quod quicumque fuerint sic injuste laesi, possint auctoritate Judicis, rem vere suam nondum praescriptam, iterum recuperare, et haec recuperatio dicitur rei Evictio; Et quia per talem Evictionem, is, qui prius rem acquisiverat justo titulo, v. g. emptionis, permutationis, receptionis in solutum pro debito, vel receptionis in dotem, et hujusmodi, eadem re licet juste possessa privatur, statuerunt quoque Jura, quod ipse etiam possit se reddere indemnem agendo *exempto* contra eum, qui talem rem alienam sibi vendidit, permutavit, in solutum pro debito dedit, vel in dotem tradidit, et hujusmodi; et sic possit illum in iudicio cogere, ut pretium, ac interesse sibi restituat; l. 1. ff. de Evict. l. Non dubitetur 6. Cod. de rerum Permutatione.

(2. Statim ac emptori lis movetur ad rem evincendam, tenetur venditor bonae fidei emptorem defendere, litemque in se assumere, et propriis expensis prosequi, quamvis ad hoc specialiter se non obligaverit, dummodo tamen illum debito tempore emptor laudaverit, seu, quod in Jure idem est, ei legitime intimaverit litem esse motam. Abbas in cap. ultim. n. 11. de Emptione. et vendit. Bart. in l. Qui absentem 75. ff. de Procur. cum aliis arg. l. Si plus 74. § 2. ff. de Evict. ibi: « Mota quaestione interim non ad pretium restituendum, sed ad rem referendam venditor conveniri potest. » (3. Notanter autem dicitur in conclusione, quod emptorem defendere, litemque in se assumere teneatur venditor bonae fidei; quia venditor malae fidei, scilicet, qui sciens rem alienam vendidit, non potest tuta conscientia litem assumere, et ipsam rem defendere, sed tenetur absque lite eam restituere proprio Domino; Regul. Peccatum 4. de Regul. Juris in 6. ibi: « Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum, » et pretium, et interesse restituere debet emptori decepto; l. Servus 30. § Si sciens, ff. de Actione empti. (4. Venditor autem bonae fidei, qui ex dictis

(1) De praestatione illius quod interest legendi praecipue sunt tractus ad legem unicam Cod. de Sententis, quae pro eo quod interest proferuntur Gabrielis Vallis apud Everard. Otton. in suo Thesaur.

tium emptori, nisi haec obligatio expresse in contractu ablata fuisset. — 25. Si autem venditor fuisset malae fidei, tunc de dolo tenetur, et totum pretium cum interesse restituere debet, etiamsi expresse convenerit, quod de evictione non teneatur, nec quae interesse, nec quae pretium. — 26 ad 65. Evictionis definitio. — 28 ad 65. Quid requiritur ut praestetur evictio. — 64. Qui agunt de evictionis praestatione. — 65. Contra quos agitur. — 66-68. Alia pauca de evictione.

tenetur emptorem defendere, et litem in se assumere, ad id non tenetur, nisi prius emptor eum laudaverit, seu litem esse motam legitime denuntiaverit, l. emptor, et l. empti Actio 21. Cod. de Evict. et c. Si venditori 7. de Emptione. et vendit. ibi: « Si venditori post institutum contra se iudicium quis omiserit, ut rem venditam sibi defenderet, nuntiari... de Evictione juxta legitimas sanctiones (scilicet juxta leges) agere non valebit. » (5. Denuntiari venditori litem esse motam, idem est in Jure, ac laudare Auctorem; l. Auctore laudato 7. Cod. de Evictione. l. Tenetur, ff. de Actionib. Empti. Romani enim vocabant Auctorem eum, a quo quis jus aliquod, seu causam possidendi habebat. Regul. 175. de Reg. Juris. (6. Tunc autem rite fit talis denuntiatio, seu venditor legitime laudatur, quando emptor venditorrem expresse requirit, ut veniat, rem suam defendat, et motae liti assistat. Sic Communis cum Molina disp. 380. num. 9. Covarr. l. 3. Variar. resol. cap. 17. num. 3. Abbat. in cit. cap. Si venditori 7. de Emptione. et vendit. n. 3.

(7. Venditor, etsi in contractu specialiter non promiserit Evictionem, tenetur ad ipsam postquam res vendita fuerit evicta; textu expresso in leg. Dubitetur 6. Cod. de Evictione. ibi: « Non dubitetur etsi specialiter venditor Evictionem non promiserit, re evicta, ex empto competere actionem. » (8. Unde venditor tenetur re evicta restituere emptori totum pretium, si tota res fuerit evicta, et partem solum, si pars tantum evicta sit; l. 1. l. Bonitatis 13. l. Ex mille 64. princip. ff. de Evict. (9. Immo venditor re evicta, non solum pretium, sed tenetur emptori restituere, et praestare totum id, quod ipsius emptoris interest, rem non esse evictam textu expresso in l. Titius 43. ff. de Actionib. empti. ibi: « Non enim pretium continet tantum, sed omne, quod interest emptoris, » et in l. Evicta 70. ff. de Evict. ibi: « Evicta re, ex empto actio, non ad pretium duntaxat recipiendum, sed ad id, quod interest emptoris, competit (1). » (10. Nominem autem illius, quod interest venit lucrum cessans, et damnum emergens; l. Si Sterilis 21. § 3. ff. de Actionib. empti. Unde si fundus alluvione crevit, augmentum illius est praestandum emptori l. Evicta re 16. prin. ff. de Evict. damni tamen jactura debet esse certa, et liquida, l. Quemadmodum 19. § 3. ff. ad leg. Aquil. simulque vera ex ipsa

tom. 1, pag. 421, et Ludovici Charondae Verisimil. lib. 1, c. 8, apud Eumdem Everard. ibid. pag. 702. Voet. in Pandect. lib. 21, tit. 2, num. 25. (EDIT. BARBIELL.)

natura rei, et non ex privato emptoris affectu proveniens, textu expresso in l. Pretia rerum 63. ff. ad l. Falcidiam, ibi: « Pretium rerum non ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter junguntur, » et in l. Si servum 33. ad leg. Aquiliam, ibi: « Non affectiones aestimandas esse puto, sed quanti omnibus valeret. » (11. Ad hoc autem, ut venditor actione evictionis teneatur et pretium et interesse restituere, requiritur, quod emptor eundem prius laudaverit, seu eidem legitime denuntiaverit litem moveri. Est communis arg. l. Emptor, et l. Empti actio 21. Cod. de Evict. et c. Si venditori 7. de Empt. et vendit (1). (12. Item requiritur, quod sententia contra emptorem jam sit lata, l. Si plus 74. § fin. ff. de Evict. l. Qui rem 3. Cod. eod. et executioni mandata, l. Habere 57. ff. de Evict.

(13. Venditor bonae fidei pluribus in casibus non tenetur de Evictione. Primo, venditor bonae fidei non tenetur de Evictione, quando non fuit laudatus ab emptore, seu quando emptor non ei denuntiavit motam esse litem superare illa, ut videat, an velit illam defendere; l. Empto, et l. Empti actio 21. Cod. de Evict. et cap. Si venditori 7. de Emptione. et vendit. (14. Non tamen praerequiritur haec denuntiatio, quando evidens, et manifestum est, rem non fuisse venditoris, qui eam petit, ita ut non possit ulla tergiversatione celari, et aperte constat nullam competere defensionem venditori. Colligitur ex leg. Emptorem, in princip. ff. de Actione empti. et testatur de communi Covarr. l. 3. Variar. resolut. c. 3. num. 6. (15. Nec etiam praerequiritur denuntiatio, quando emptor est minor; arg. leg. Minor. 3. Cod. In quibus causis in integrum, etc. Minor enim non privatur jure agendi contra venditorem in casu Evictionis, dummodo venditor aliunde sciverit litem moveri emptori. (16. Neque etiam praerequiritur denuntiatio, quando emptrix est Ecclesia, quia Ecclesia gaudet jure Minorum; c. Requisivit, et c. Auditis, de Restitut. in integrum, et est communis. (17. Secundo venditor bonae fidei non tenetur de evictione, quando res evicta est culpa Judicis, sententia per injuriam lata, c. Si venditori 7. de Emptione. et vendit. ibi: « Seu per injuriam sententia lata fuit, de Evictione juxta legitimas sanctiones agere non valebit; » concordat l. Si per imprudenciam 51. in princip. ff. de Evict. ibi: « Si per imprudenciam Judicis, aut errorem emptor rei victus est, negamus Auctoris damnum esse debere. Aut quid refert, sordibus Judicis, an stultitia res perierit? Injuria enim, quae fit emptori, Auctorem non debet contingere. » Emptor tamen in tali casu agere potest contra Judicem; l. 2. Cod. de poena Judic. qui male judic. et princip. Institut. de obligat. quae ex vi delicto. (18. Tertio venditor bonae fidei de evictione non tenetur, quando em-

(1) Haec vero denuntiatio fieri potest ab Emptore sive post litem sibi contestatam sive post appellationem. Quod enim tradunt Doctores renuntiandam esse Venditori litem ante sententiam, intelligendum

ptor contumaciter abfuit tempore sententiae promulgatae, cit. c. Si venditori 7. de Emptione. et vendit. ibi: « Vel contumaciter abfuit tempore sententiae promulgatae, de evictione juxta legitimas sanctiones agere non valebit, » et rationem dat Ulpianus leg. Si ideo 55. princ. de Evict. Magis enim propter absentiam victus videtur, quam quod malam causam habuit.

(19. Quarto venditor bonae fidei de evictione non tenetur, quando emptor praescribere rem potuit, et culpa sua, vel negligentia non praescripsit: l. Si dictum 56. §. Si cum posset ff. de Evict. (20. Quinto venditor bonae fidei non tenetur de evictione, quando ipso absente emptor non appellavit a sententia; l. Herennius 63. § Quia, ff. de Evict. quod intelligendum est, nisi manifesta esset justitia sententiae prolatae, et actoris. (21. Sexto venditor non tenetur de evictione, quando emptor litem motam definiri permisit per Judicem arbitrum, ad quem causae cognitio spectabat; leg. Si dictum 56. § Si compromiserit, ff. de Evict. (22. Septimo venditor non tenetur de Evictione, quando venditor sua culpa amisit rei possessionem, unde ex reo factus actor cecidit in causa proprietatis; l. Si rem quam 29. ff. de Evict. (23. Octavo venditor non tenetur de evictione, quando emptor tempore emptionis sciebat rem esse alienam, nisi adhuc expresse conventum fuerit, quod venditor de evictione teneatur; l. Si fundum 27. ff. de Evict. l. Si fratres 7. Cod. Communia Jud. (24. Nono venditor bonae fidei non tenetur de evictione, quando expressum fuit in contractu, ut de evictione non teneatur, tunc autem licet ad interesse, et damna non teneatur, tenetur tamen, re evicta, reddere pretium emptori, nisi haec etiam obligatio expresse in contractu ablata fuisset, l. Ex Empto 11. § ult. ff. de Act. empti. et ratio manifesta est, quia ex regul. 85. Juris in 6. Contractus in Conventionem legem accipere dignoscuntur. (25. Si autem venditor fuisset malae fidei, id est sciens rem esse alienam, tunc de dolo tenetur, et totum pretium cum interesse restituere debet, etiamsi expresse convenerit quod de evictione non teneatur, nec quoad interesse, nec quoad pretium: id est quoad nihil omnimode teneatur; l. Tenetur 6. § fin. de Actione empti. l. Ex empto 11. § 12. ff. eod. et ratio est, quia fraus, et dolus alicui patrocinari non debent, cap. Ex tenore 16. de Rescript. c. Ex literis 2. de Dolo, et contum. cap. Tuæ 12. de Cleric. non residentib. et l. in fundo, ff. de Rei vindic. l. Cum hi, ff. de Transact. l. Si Legatarius, c. de Legatis.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(26. De materia Evictionis, quae frequentissima in Foro est, pro dignitate minime agit Auctor. Agendum igitur de ea paulo la-

in casu, quo ab ea sententia non fuerit appellatum. Per appellationem enim res ad primum statum reducitur, et praecedens sententia exstinguitur. Voet in Pandect. lib. 21, tit. 2, n. 25. (EDIT. BARBIELL.)